



**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De singulari eiusdem authoris artificio, in laude putet. Capvt XXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

per partes aliquis illustrare possit. Gratiam verò, per omnia more Iridis, diffusam, quæq; vrbem instar Lyræ, tum sibi, tum externis ornamenti conformam reddit; & perpetuum instar æris Homeric ad eum usque pertingentem splendorem, quisnam verbis consequi possit? Non ita, nec Meles præclaros habet liberos, nec eloquentia quisquam valet. Quintimò sola inter omnes vrbes spectatorem, non auditorem postular: nec tam spectatorem, quam coniuctorem perpetuum, si quis ipsam probè perspicere velit, laudumque mercede indidem reportare.

De singulari eiusdem authoris artificio, in laude putei.

CAPUT XXV.

Pueri laudationis artificium.

Claudam riuos ad puteum: Qui elegan- tem sophistæ artem contemplari voluerit, legat, que scripsit ἐγένετο φρέας Ασκληπιος. Inueniet profecto disertum hominem, nihil eorum omisissæ, quæ ad pueri commendationem facere possunt. incipit.

Τέλος της τοῦ φρέας τὰ ιερά, & cætera.

Primum, Exordium est per addubitationem, ex abrupto: quasi nesciat, quid de puto. Aesculapij sit dicturus, unde orationem auopicari debeat. Tum illud elegans est, quod subiungit facilius esse ei: sicut puto aqua pellucida huius ardorem refinguere, quam laudes aqua praedicare. Pressisse viderur in eo, sicut solet Demosthenis vestigia, qui in ἀποτελεσματικοῖς dixit mortuos flere, cuius in promptu esse, aut laudare difficile. Illustrat deinde orationem præclara, & ex amantibus ducta similitudine, qui delicias suas præsentes indicare possunt: absentes pro desiderio commendare non possunt. Sic apud Maximum Tyrium Dei amatoς Ἀθηναῖς πρὸς τὴν τοῦ πατρὸς, καὶ Δημόσιον δέκανον, & silentio potius laudat, quam oratione.

Secundum caput est, Principium laudationis à situ, seu loco, in quo commendatur salubritas, puritas, pulchritudo, celebritas, sanctitas, propter templi scilicet religionem.

Terrium, Comparatione locum magis ornat, & commendat. Ipsi enim Epidauro Aesculapij natalibus illustrato anteponit, quod

Aesculapius Epidaurum istius sedis amoenitate illectus videatur reliquise.

Quartum, Laus aquæ ab origine, quod fluit a platano, vel quod sanctius est ab ipsis tèplis fundamentis.

Quintum, Proprijs notis aquam commendat, septem autem illæ sunt tenuitas, leuitas, lenitas, dulcedo, habilitas ad potum, perennitas, & incorrupta quædam sinceritas. Leuitatem eius ex eo probat, quod non vi Peneus fluuii patiatur sibi Titaresium superfundi, sed omnibus innater, in profundum, non secus, ac fculneum lignum solet demersis. Huius natura est amnis Silias, qui nihil sibi innatate patiatur, vt author est Strabo lib. 15. Ἐν τῷ ὄρειν Σιλίαν ποταμὸν εἶναι ἐνθύεται οὐ πλέον.

Sextum, A quam Aesculapij, cum ipsis Stygias aquæ riuo audet comparare, cuius vis incluctabilis esse perhibetur, nam omnia metalla, & ^{omnia ferat} lapides perforat, præter pocula ex cornu Asinii Scythici confecta, quorum materiam miratus Alexander Delphos misit, & Apollini confecit, vt habeat Aelian. de animalib. 10. Itaque cum indoitus videatur hic liquor tantis viribus effervescens, non quidem robore parem hanc aquam facit: sed apposita eius neccarea suauitare, stygiæ eleuat.

Septimum, Laus ab aquarum copia, quam per dolij antapodofin illustrat. Rationem autem eius copiæ affert, quod Aesculapij sit, veluti administrator, cuius cum semper profusa sit benignitas, puteum talē illi esse oportet, qui nusquam interstante aquarum vberata mortales poterit, & exhilararet. Sic Vulcani instrumenta ad Domini nutrum præsto sunt apud Homerum, suopte motu (tantum est obsequiū studium) procurentia.

Octauum, Delabitur ad vsum, celebritatem, & varias huius aquæ utilitates: quod non tantum potui, lotionibus, templi iustificationibus, amoenissimo præterea voluptatis spectaculo, sed ipsis curationibus deseruit. Quod autem hic affert de aquarum medicinis, Plinius excusat 1. 31. c. 2. sed & Tullius Laureas celebrauit carmine fontem Ciceronis, cuius aqua fuit oculus saluberrima.

Ut quoniā totum legitur sine fine per orationem,

Sunt plures oculis, que medeantur aqua.

Potera & Dæmon ad falsi numinis vence rationem foecundam, in hoc Aesculapij fonte ali-

aliquid ex sua arte , & consuetis fraudibus moliri.

*Clitor flu-
nus pices
vocales fa-
cti.*

Nonum , Vocem quoque ex hac Aesculapij aqua mutis redditam significat , sic Clitor fluius pices suos vocales facit , vt habet Mnæcas Patrensis in Periplo . sic Hippocrate Poëtas afflat , vnde & λάθον οὐσιών appellatur : Nōno , & ἡ τελείωσις ab Antipatro antholog . l . 2 . si penes fabulas sit fides .

Decimum à comparatione vini , & néctaris ; tum celebrium fluiorum hanc aquam exornat . Numerantur autem imprimis aqua Delia Apollini sacra , & Cnidus , qui à Curtio non spatio aquarum , sed liquore fertur memorabilis , tum Eurymedon Pamphilæ , & Chios spis Asiae fluvius , è quo solo Pericos Reges bibere author est Solinus : Tum Peneus , qui per amoenissima Tempe nemorosa conualle defluit , & sors Abyssus , quem à profunditate nomen habuisse constat . Hesych. Αἴβησος Θεότατα απειγατικήν αργετηλίμην σύντων καλοθεύην .

Aristides.

Ex ver. G. Cancer. Vid autem de sacro puteo dicemus , an nequeat ad omnia peitingere , nec semper naturam terum abunde valeat explicare ? Putechitudinem certè , ac voluntatem eius , nulla declarabit oratio , verum facilius ex hac aqua bibimus , eamque iucundè aspicimus , atque in ea lauamus , quam de ipsa quicquam dicimus . Vt autem i , qui pulchras amant mulieres , formæ præstantia capti , quales quidem ament sciunt , veruntamen , si quis eos interroget , nihil de absentibus possent dicere , præcantes autem ostenderé : Ita , & puteo hunc amamus quidem , quam plurimi , aut potius omnes ferè : qualis autem sit , dicere non possumus ; verum si quis eo nos interroget , hunc ad ipsum deducemus , atque ei ostendemus : Illi vero , nec hoc sufficeret , donec eo gustato , lotum Homericam videretur degustasse , quippe , qui manere vellat , æque ab eo discederet .

*Litus Ho-
merica.*

Nec tamen decet nos more stictum , quod aiunt , tacite bibere , quin etiam verbis exornemus . Actum seruatorem Deum , cuius , & hoc opus est , salutemus , tum nymphas ciuius incolas , quæ nobis vsum gratiæ diuinæ concedunt , & subministrant . Quodigitur erit principium : an quemadmodum , cù ex eo bibimus , admoto labris poculo non cessamus , sed

infundimus subito , sic oratio quoque nostra sit itò dicer omnia ? Illud igitur nobis sit , quæsi libris admotum , quod in pulcherrimo sit totius orbis loco . Quem enim ex omnibus Deus , vt saluberrimum , & purissimum elegit locum , hunc beneficjs suis illustrissimum reddidit , is utique omnium est per orbem totum pulcherrimus . Quanquam etenim , quibus in singulis locis natu sunt initio Di , etiam haec in honore sunt , ob hoc ipsum habenda , quod Deos reeeperint : Illud ramen longè maius est , quod ipsa ab usque Epidauro hue profectus Deus , maximè amauit hunc locum , atq; ostendit , eum se , cum delectum , tum cæteris prælatum deinceps incolere . Cui autem loco Deus , ac Dcorum quidem benignissimus censuit immorandum , eum nos , qui quidem serui eius sumus , aliò , quam optimi , nomine dignabimur ? Itaque in pulcherrimo orbis loco est puteus . Præterea ipsius templi locus is , qui sub dino perius est , optimo loco iacet . Medius enim puteus in medio constitutus est . Aqua vero vel à platano fluit , quandoquidem , & haec instar notæ cuiusdam est agnata , vel si manuis , quod quidem pulchrius est , & sanctius ab ipsis , quibus insitum templum , fundantis .

Quo sit , ut omnes hoc opinentur , atque credant , è salubrî ac salutari loco aquam profluere , quippe quæ à templo , & seruatoris pedibus proficieatur . Nec enim posset ex salubriori loco profluere . Et in tali quidem loco sita , & à talibus oriunda , meritò dicetur optima .

Ac primum quidem tenuissima est , ad *Aqua com-*
mendatio-
ris naturam proximè accedens , deinde , quod hinc sequitur , lenissima simul , & mitissima , tum dulcissima , & maximè potabilis , ac perennis , ad cuius potationem viuum non desideres .

Ei Homerus quidem Titaresium Peneo dixit super fundi , quemadmodum aquæ homo præ lenitate innata . At verum haec aqua meo iudicio , siquidem alia infundatur , sursum exiit , illa tanquam phallo quodam in profundum delabente , nisi potius etiam infusam aquam videatur lenitate sua , in altu esse sublatura : quæ quidem non arroganter à nobis dici , indicant pondera . Quid autem dixerit Stygiis riuis , si oppositus propendeat : haec autem fluxio , nec a Styge oritur , nec aliud quicquam horrendum habet , sed vel sanitatis , vel néctaris , vel similiis aliquius rei iure riuis dici pos-

Let. Cui illud est etiam testimonio, quod haec aqua temporis vitium non patitur, ut nū quaecunque est hausta, eodem modo, atque ea, quae in puto relinquuntur, incorrupta maner, & sincera.

Iam vero abundantia putei tanta est, quāta nullius, ut ita dicam, alterius, ac robustos quidem eos, qui hauriunt, & cautos oportet esse, ne inuidantur.

Solus igitur ex omnibus puteis, quicunque exhaustiuntur, aqualem perpetuo copiam præbet, per tufo dolio ex contraria parte respondens. Ut enim illud unquam impletur ista, hic semper ad labrum usque plenus est.

Cum enim humanissimi Dei minister sit, & adiutor, ad ministerium promptissimus, ac semper plenus conspicitur. Et sicut ille nunquam ab hominibus seruandis cessat, sic dominum hic iuvans, indigorum usui numquam non suppeditat cum sit, quasi alumnus quidam, donumve AEsculapij, quemadmodū Vulcani instrumenta fixit Homerus, ad eius voluntatem moueri. Et quoniam hoc usque dicendo perueni, quænam est inter homines aquæ, quæ cum hac in usu comparari possit? nec enim potus modo, sed idem etiam lauacrum est iucundissimum, ac tutissimum: nec pro anni tempore mutatur, quin, & estate frigidissima sit, & hyeme clementissima, presentis ubique temporis molestias mitigans, qualcumquidem decet fontem sacrum AEsculapij existere. Ac pulchra quidem ista sunt, & iucunda, siue qui ijs utratur ipse, siue alios videat partim aestate circum puteum, deinceps, ut examen apum, vel muscas circum lac, circumstere, & a matutino usque tempore vaporem instar potus alicuius sitim reprimenis præoccupare? Partim cum glacie concreta manus lauerint, calidiores, ac iucundiores fieri: velut sunt & alia, in quibus hoc puto Deus tanquam operis socio utitur, multisque sapè ad ea, qua volebant à Deo impertranda, putes hic usui fuit.

Nec secus asque medicorum, & præstigiatorum serui ad ministeria sunt exercitati, & adiumento suo spectatores, atque ægrotos stupesciunt.

Ita magni operum mirabilium artificis, &

ad hominum salutem omnia referentis hoc est inuentum, haec possessio. Itaque in omnibus cum iuuat operibus, & apud multos pharmaci locum obtinet. Multi enim cum ex hoc puto lauiscent, usum recuperarunt: multe aqua cum bibissent, pectoris sanitatem, & anhelitum laborantem receperunt. Multorum etiam pedes, aliae membra sunt correcta.

Quid, quod ex mutuo quidam eloquent *Aqua viri*
olim factus est, quemadmodum, qui de sacris *ruis*
bibent fontibus, yaticinali soient. Nec de *Fontium*
sunt, quibus quod aquam duntaxat hauferat, *communi*
saluti fuit. Quinimo cum ægrotis adeo sa *datu*,
lutaris est, tum sanis etiam cuiusvis alterius
aque usum præbet insignem.

Qui enim hanc gustauerint, ijs alia iam aqua quævis sorbet, ut si quis post *vinum frangans* yappam bibat. Sola porro haec aqua, tamen ægrotis eadem, quam valentibus æque est iucundissima, & utilissima, ut nec vel lac cum ea comparare, vel vinum desiderare possint: quandoquidem est instar nectaris eius, quod Pindarus persone, potabile, & diuina quadam misura temperatum cecinit.

Quocirca si duo proponantur vobis pociula, alterum hac aqua, alterum alia simul, & vino præstantissimo plenum: utrum efficiat sumpnii, dubitare possetis. Præterea reliqua aquæ sacrae, qualis est Delia, aliaeque similes, paucorum usibus patent. haec per viuentium salutem, non quod eam nemo contingat, sacra redditur: eademque, & lustrationibus tēpli sufficit, & hominibus ad potionem, ac lauacrum, & spectantium delectationi.

Ego certe, nec Cnidium, nec Erymedon-*Chao pū*
tem, nec unde Rex bibebat, Choaspim, nec e-fluum ix
um, cui pulcherrimas ad viramque ripam co-*quo bilit*
zonas emisit terræ, Peneum, neque Abyssum, Rex Pers.*rum,*
neque aliam aquam ullam, cum hac vndeque rum,
sacra sufficiat, & tantum eam inter *abyssus fa-*
aquas excellere, quantum Praes ipfius Deus
Dij: præstat reliquis dixrim.

Hoc restat adjicere, piè nos facturos, si sic sentiamus, quandoquidem primus de ipsa
Deus hanc, ut aiunt, sententiam tulit.

Finis libri decimi.